Fragmentarium



probantur: quia non dilatantur nisi in de
lectacione et non contrahuntur nisi in tris
ticia cum delectacio sit motus mutacionis
delectabilis et contristatio sit motus fuge
tristabilis oportet igitur desiderium esse in ta
libus: desiderium autem est appetitus sensibilis.

*Quomodo fantasia erit in talibus*

Sed queritur quomodo fantasia erit in
talibus quia sine hac non perficitur motus ut
diximus superius et talibus non videtur in
esse: quia sicut diximus in ante habitis fan
tasia accipit rem non presente ea in sensu
et talis imaginatio non perficitur in talibus
animalibus ut videtur cum numquam nisi ad pre
sens moveantur. Dicamus autem ad
hoc quod talia non habent motum diffinitum
et voco diffinitum qui est ad locum determi

*Motum voco diffinitum qui est determinatum per fantasiam*

natum per fantasiam et appetitum vel ap
petibile determinatum et ideo etiam habent
fantasiam indeterminatam. Cuius causa est
quia sicut superius habitum est sensus com
munis formalis est et secundum locum distinctus
sensibilibus propriis et respectu sensus communis
formalis est imaginatio et fantasia et sic se
per superior formalis est respectu inferioris
et sunt ille vires distincte in animalibus per
fectis et perfectam figuram capitis haben
tibus. Ubi autem perfecta figura non est
ibi nec sensus proprii perfecte insunt neque
superior vis bene distincta est ab inferiori

*Organa sibi invicem sunt permixta*

sed organa sibi invicem sunt permixta fan
tasia et sensus communis et sensus proprii et
hoc precipue in animalibus imperfectis que non
habent aliquem sensum formalem sed ma
terialem habent qui sunt sensus tactus et
No 5 gustus secundum quod est tactus quidam et quod or
gana permixta sunt eo quod talia animalia neque
cerebrum neque caput habent sed aliquid loco
cerebri et aliquid loco capitis ideo fantasiam
habent permixtam cum sensu communi et sen
sum communem commixtum cum sensu proprio
cuius signum est quod fantasia in talibus non
movet nisi motu sensus qui est ex presen
tia rei et hec permixtio adducit confusam et
permixtam et indeterminatam fantasie ap
prehensionem et hoc causat indiffinitum et con
fusum motum. Sic igitur patet quod omnibus

*Omnibus sensibilibus inest fantasia*

sensibilibus inest fantasia: sed fantasia ali
quando ordinabilis est a ratione deliberan
te ut in homine et hoc ordinans deliberatio
fantasiam et appetitum in solis est ratio
nativis. Cum enim sic proceditur ad mo
tum quod prius deliberatur utrum hoc prius vel
aliud agendum sit: hoc iam rationis est opus
ordinantis fantasiam et appetitum mens au

*Mens que ratio est a metiendo dicitur*

tem que ratio est et cuius meditari est pro
prius actus a metiendo dicitur eo quod anima
ipsa uno quodam quod est potencia eius u
nita mensurat et numerat fantasmata
comparando ea ad invicem eo quod ipsa unitate
melius quia est melius apud ipsam et ma
gis amatum quod potest efficere eligendo ex

*Sensus et preamatum vocatur opinio*

pluribus fantasmatibus: et cum sensus et
preamatum vocatur opinio; et ideo opinio ac
ceptio eius est quod pluribus rationibus a
liis preponitur et causa huius est quia opinio
non habet unitam fantasiam sed potius e
converso fantasia habet unitam opinionem
a ratione elicitam: fantasia enim non habet
opinionem ex silogismo sed potius opinio
ex silogismo habet fantasiam quoniam opi
nio de universaliter est agendo et fantasia
est de particulariter agendo. Silogismus ha
bet particulare sub universali et non econverso uni

*Sub discursu silogistico habet opinio fantasiam*

versale sub particulari et ideo sub discursu silo
gistico habet opinio fantasiam et non econverso
et ideo cum appetitus sit particularium hominum et
nunc et hic non universaliter habet appetitus
opinionem sed universaliter habet fantasiam et
ideo in quibus utrumque eorum est in illis secundum
ordinem movent ratio et opinio fantasiam et No 5
ordinant appetitum: tamen aliquando vinca
tur opinio ab appetitu et fantasia et tunc de
liberativum movetur a fantasia et appetitu
eo quod umbratur vel obumbratur ex concupis
centia appetitus et fantasie sicut in incontinen
tibus accidit. Aliquando autem fit econverso
quia fantasia movetur a deliberativa ratione
et opinione: hec habent se sicut fit in speram

*Spera inferior movetur a motore*

celesti. Sicut enim in speris spera inferior mo
vetur a motore prime spere secundum motum di
urnum et tamen inferior habet motum proprium
qui exit a suo motore proprio ita se habet ad
invicem ratio fantasia et appetitus: aliquando
enim hec omnia moventur motu rationis sicut
apparet in actibus continentis et abstinen
tis aliquando autem non sequuntur fanta
sie et appetitus rationem sed movent per se
sicut apparet in actibus continentis et secundum
nature ordinem motus superioris motoris sem
per est principalior et quando motus egredi
tur ab illo tunc semper opera ordinata sunt.

*Quando inferior vincit egreditur opus perversum*

Quando autem vincit inferior tunc egredi
tur opus perversum eo quod inferior superiorem non
habet ex silogismo sed sophistice procedit ex
bono ut nunc tamquam sit bonum per se et es
sentialiter. Movet autem iste superior tamquam
in tres vires: quoniam primo decernit universale
decretum motus scilicet quod omne tale facien
dum est et postea sub ipso simuli mensurat fan No 5
tasma particulare; et tercio non quidem con
cludit decernendo: sed conclusio sua est impulsus
ad opus per appetitum: et de hoc in ethicis est

*Appetitus incontinentis habet impetum ad opus*

declarandum. Similiter enim appetitus incon
tinentis non habet conclusionem nisi impetum
ad opus fit igitur iste motus sic vicissim ut
dictum est. In tali autem motu scibile universale non

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 95, f. 3v – Albertus Magnus, Commentarius in librum de anima and De somno et vigilia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zxc4/8645/65874)